

circumvicinas conferatur editissima, adeo ut nullum aliunde fluvium accipiat, sed plures ex se emittat. Ex hoc editiori situ aspera est, algida, & ventis undique perflata. An ab *Alen* fluviolo, qui in hac exortus semel atque iterum se recondit cuniculum agens, nomen accepit, nescio. Montes bobus, ovibus, capris sunt referti, convalles alicubi frumenti satis feraces, maxime ad Orientalem partem cis *Alenum*: Occidentalior autem pars minus est fertilis & nonnullis in locis plane ericetum, & infrugifera. Memorandum vero nihil habet præter monasteriolum dirutum, lætissime, & amœnissime in valle situm, quæ inter nemorosos colles se in crucis figuram decussat, unde *Vallis Crucis*, Britannice *Lhane Gwest* appellatur.

V lle-
Crucis.

Ab hac magis in Ortum territorium, Britan-
nice *Mailor Gymraig*, id est, *Mailoria Wallica*, Anglis
Bromfield, usque ad *Devam* fl. pertingit, læta admo-
dum regiuncula & plumbi ferax, præcipue juxta
Moinglath viculum, qui à fodinis nomen assumpsit.
Wrexham hic cernitur, Saxonice *Writtlestham*,
sacra turre elegantissima conspicuum, Musicisque
in Ecclesia organis celebratum: & huic vicinum
est *Leonis castrum*, à Legione xx Victrice, quæ pau-
lo superius ad alteram *Deva* ripam egit, forte sic
dictum, nunc *Holt* vulgo vocatur, instauratumque
creditur nuper à Guilielmo Stanleio, & olim à
Ioanne Comite Warrenniæ, qui tutor fiduciarius
hanc provinciolum à pupillo Madoco Britanni-
co regulo una cum *Tale* sibi intervertit. A War-
renniæ vero Comitibus ad *Fitz-Alanos* Arunde-
liæ Comites, & ab illis ad Guiliel. *Beauchamp* Ba-
ronem *Abergevenne* devenit, posteaque ad Gui-
lielmum *Stanley*, qui cum capite plexus esset,

Plum-
bum.
Wrex-
ham.

Holt.

D. Po-
well.

hæc & aliæ ejus possessiones fisco fuerunt adju-
dicatæ.

Bromfeldia ad Austrum *Chirke* subjacet, Britan-
nice *Gwyn*, satis etiam illa montosa, sed duobus
castris nobilitata, *Chirko* scilicet, quod nomen de-
dit, à Rogero de *Mortuomari* posito, & *Castle Dinas*
Bran in editissimo fastigiati montis jugo suspen-
sum, cujus nunc nihil nisi parietinæ supersunt.
Hoc vulgus Brennum Gallorum ducem inædifi-
casse, & denominasse affirmat, alii *Castrum Palatii*
Regis interpretantur, *Brenn* enim Regem Britan-
nice significat, unde fortasse ille Rex potentissi-
mus Gallorum & Britannorum per excellentiam
dictus Brennus: sed à situ excelsio in colle, quem
Bryn vocant Britanni, alii nomen esse contem-
dunt, & quidem mea opinione, multo probabili-
lius. Henrici Tertii tempore sedes erat Gruffini
filii Madoci, qui cum ab Anglis contra Wallos
staret, in hoc se continere solebat, sed illo defun-
cto Rogerus de *Mortuo-mari*, qui ejus filio Leolino
curator datus, perinde ut Ioannes (quem dixi)
Warrenniæ Comes Bromfeldiam, ita hanc *Chir-
kam* sibi occupavit.

Chirke.

Castle
Dinas
Bran.
Brennus.

Cum res Wallorum inter se seditionibus, &
Anglorum incursionibus in lapsum prona jam
fisti non poterat, Comites Cestriæ, Warrenniæ,
Mortuomarii, *Lacius* & *Greji*, quos dixi, primi
Normannorum hanc Provinciolam paulatim in
suam potestatem redegerunt, & suis possidendam
reliquerunt. Nec ante Henrici Octavi tempora
in Comitatum instituta, quo tempore etiam *Rad-
norria*, *Brechinia*, & *Montgomeria* autoritate Parla-
mentaria facti fuere Comitatus.

Quatuor
novi Co-
mitatus
Walliæ.
27. Henr.
8.

In hoc agro Parœcia sunt 57.

F L I N T - S H I R E.



Denbighiensi agro ad Septentrio-
nem longior, quam latior præjacet
Flintensis provinciolum, Anglis
Flint-shire, Hibernico mari, sive
potius *Deva* æstuario ab Arcto
pulsata, ab Ortu Cestrensi Comi-
tatu, ab aliis plagis Denbighiensi finita. Non illa
quidem montana, sed collium prominentia ali-
quantulum surgens, quæ leniter in fertilissimos
agros resupinatur, qui, præsertim qua mare pro-
spiciunt, primo quoque anno nonnullis in locis
hordeum, aliis triticum, in universum secale vi-
cesimo & supra sænore, & postea avenam in qua-
tuor aut quinque annos profundunt. Occidua
vero ejus pars vallem Cluidanam, qua illa mari
proxima descendit, & superiorem ejus partem
occupat.

Varis.
Bod-Vari.

In hujus & Denbighiensi agri confinio, qua
molliori devexitate montes se subducunt, & fa-
ciliorem in vallem descensum, & transitum præ-
bent, in ipsis faucibus urbeculam VARIM po-
suerunt Romani, quam à CONOVIO ad XIX
milliare locat Antoninus. Hæc nulla sui nomi-
nis parte truncata, *Bod-Vari*, id est, *Mansio Vari*
hodie vocatur, ostenditque dirutæ urbis vesti-
gia in proximo monticulo, quem illi *Moyly Gaer*,
Britannia

id est, *Mons urbis*, appellant. Quæ vero sit no-
minis significatio, non liquet, nos *Variam* trans-
itum Britannis præscis significasse alibi opinati,
& *Durnovariam*, *Isanna Variamque*, Aquæ & Isan-
næ transitum interpretati sumus, & à nostra
opinionem facit hæc VARIS eo loci sita, ubi so-
lum patet facilis inter montes transitus. Nec
tribus hinc abest milliaribus *Caer-wisk*, cujus
nomen licet antiquitatem præ se ferat, nihil ta-
men ibi antiquum vel observatione dignum de-
prehendimus.

Caer-wisk.

Infra hanc VARIAM in valle prolabitur *Clui-
da*, statimque *Ebwy* fluviolus una confluit, ubi E-
piscopalis est sedes. Hæc à flumine *Llan-Ebwy*
Britannis, à patrono *Asapho*, S. *Asaph* Anglis &
Asaphensis historicis nominatur. Nec oppidum, sua
elegantia, nec templum, vel structura, vel orna-
tu prædicandum, vetustatis tamen nomine neu-
tiquam tacendum est. Circa annum enim repa-
ratae Salutis DLX, Kentigernus Episcopus Glas-
govenis è Scotia profugus Episcopalem sedem,
cœnobiumque hic constituit, congregatis sex-
centis sexaginta tribus fratribus, quorum tre-
centi illiterati agriculturæ, totidem alii operibus
intra monasterium exercendis, reliqui divinis re-
bus peragendis vacarent; quos ita per conven-
tus dis-

S. Asaph.

Capgra-
vius.

T t t t

tus dis-